Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26119
Copyright: Admont, Benediktinerstift

remittenda · paulo latius est distinguendum · et primum quod ammonitio pena non intendat si quis propter eam erat · sed primium sed acquescentibus pollicetur · Unde dicit euangelio · Si uis perfecta esse · uade uende omnia quae habes · et da pauperibus et habebis thesaurum in celis · Ecce lectio ista euangelica inuoluntate hominis perfectionem ponens non cogit · non minas intentat · sicut nec illa quae spadones laudant qui se castrauerunt propter regnum celorum. Subinfert quod potest capere capiat · At uero cum ad perfectionem uoto se quis astrinxerit · uel quod quum nullus absque continentie uirtute ascendere debet · et si ascenderit · iam fit necessarium et penale · si non teneat quod ante hanc ascensionem fuerat uoluntarium · Vnde dicit · Nemo mittens manum ad aratrum · et retro aspiciens aptus est regno dei · Poterat enim ante ascensionem esse inferior · non minus deterior · per descensionem uero inferior est et deterior · Hec de ammonitione · Indulgentia uero quantum nobis uidetur · quia meliora non eligit · remedium quidem habet non premium · sed ad hec si quis declinauerit · meretur extreme iudicium · Verbi gratia · Cum sicut a paulo didicimus humano quoque propter uitandam fornicationem indultum esse coniugium · cuius uiolator meretur et nunc eodem paulo testante supplicium · Dicit enim fornicatores et adulteros iudicabit deus · Et hic gradus sicut de ammonitione diximus nullum cogit · non eum qui se primum eo alligauerit · Voluntarium enim est non necessarium · Alioquin transgressor esset quicumque uxorem non duxerit · postque quoque uel alligauerit se audiat apostolum dicentem · Alligatus es uxori · noli querere solutionem · Idem quoque apostolus cum de nuptiis loqueretur non dixit mulier · si nupserit primium meretur · sed tantum dixit non peccat · si nubat · Ita quoque si aliquis aliquam adeo continua iejunia mutaret · re quidem remuneratione digna acquescentem et perseuerantem suadet · sed quod non acquieuerit · non fit se ipso melior · sed licet maneat facientem inferior · non fit et non se ipso peior · Sed si uoto cecidit · fit se ipso inferior et peior · Si uero infra metas sobrietatis et mise se frugalitatis se cohibuerit · summum primum non assequitur · sed si et non ad commessationes et ebrietates plapsus fuerit · re reprehensione digna fecisse et effusione phibet · Ista ita quoque duo status · unus superior · et alter inferior · quam ante uotum sit uoluntarium · postquam uero necessarium habent modos et institutiones suas · quas obseruare sicut iam dicitur · alii remedium · alii acquirunt primium · nos obseruare uero etiamsi merentur supplicium · In his quoque ante susceptio